Questio lxxxix. De apostoloꝝ paupertate

Ulterius considerandū est de apostoloꝝ paupertate Circa quod que
ritur quatuor Primo vtrū apostolis fuerit interdicta possessio pe-
cunie et rerū mobiliū Secūdo vtrū apostolis fuerit interdicta posse
ssio rerū stabiliū Tercio vtrū p̄ceptum datū apostolis math. x de nō possi
dēdis rebꝫ tpalibus p xp̄m ex toto fuerit reuocatū Quarto vtrū apostoli
mendicauerint

Ad primū ergo sic ꝓcedit videt̄ em̄ q̄ aplis nō fuerit interdicta possessio
pecunie et rerū mobiliū Nō em̄ fuer̄t maioris pfectionis apli q̄ xp̄s
Sufficit em̄ discipulo si sit sicut magister eius math. x Sꝫ xp̄s pecuniā s
uari fecit a loculos inde recōmendauit vt pꝫ ioh. xiij. ergo possessio pecunie
et aliarū rerū mobiliū aplis interdici nō debuit Pꝫ apli dimiserūt oīa te-
poralia ꝓpter xp̄m math. xix Ecce nos relinq̄mus oīa Si ergo n̄ potuissēt
seruare pecuniā a fidelibꝫ eis oblatā nō habuissēt necessaria / q̄ deus eciaꝫ
animalibꝫ brutis nō subtrahit Iux̄ illud psal. Qui dat iumentis escam ip
soꝝ et pullis coruoꝝ inuocantibꝫ eū Pꝫ sicut cibaria sūt necessaria ad
victū / sic calciamēta et tunice ad vestitū. possessio ergo taliū nō debuit eē ꝓ
hibita aplis In cōtrarium est qd̄ scribit̄ math. x Nolite possidere auruꝫ
neqꝫ argentū neqꝫ pecuniā in zonis neqꝫ duas tunicas neqꝫ virgā R. di
cendū q̄ hanc questionē mouet aug9 in ij. libro de cōsensu euangelistarū
dicens matheū et marcū cōtrarium loqui de vestimentis et calciamentis
Nam math. dicit calciamenta in via nō esse portanda neqꝫ duas tunicas
habendas neqꝫ virgam ferendaꝫ Marcus vero ait q̄ sandalibus debent
esse calciati et nichil aliud deberēt portare nisi virgā. Ad hoc ergo respōdet
aug9 q̄ dominus nūq̄ ꝓhibuit apostolis vt vite necessaria in victu a ves
titu nō haberent. s3 vnde talia habituri essent et a quibꝫ recepturi ostendit
Nā statī cum dixit Nolite possidere aurū vel argentum neqꝫ pecuniā in zo
nis neqꝫ calciamenta neqꝫ duas tunicas neqꝫ virgā. immediate adiecit.
dignus est em̄ operarius cibo suo. voluit ergo xp̄s suos apostolos et alios
sue doctrine predicatores ab omni mundi sollicitudine esse remotos et ne
cessaria vite quecūqꝫ siue magna siue parua ab illis quibꝫ predicabant
pro stipendijs esse ministranda Calciamēta vero et sandalia vel virga per
matheū apostolis ꝓhibita et p marcū concessa s̄m aug. ibidem non sub ea
dem significatione accipiūtur. sicut aliter accipit̄ temptatio / cū dicit̄ Tēp
tauit deus abraham. Et aliter cū dicit̄ Deus neminē temptat. quia pri-
mo modo sumit̄ p temptatione ꝓbationis Secundo pro temptacōne sedu
ctionis. sic cū dicit̄ Iudica me deus / intelligit̄ de iudicio discretionis Cū ve
ro dicit̄ Resurgent impij in resurrectione iudicij. intelligitur de iudicio cō
dempnationis Eodem modo cum prohibet math. Calciamenta et virgam

TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-iv-587/0606
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt
gefördert durch die DFG